



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

2. De 7. Beatitudine. Beati pacifici

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

De 7. Beatitudine. Beati pacifici, II.
 quoniam filij Dei vocabun-
 tur.

I. **E**Xpende, quid septimus scalæ cœ-
 lestis gradus, triplex scilicet pax,
 cum Deo, secum ipso, & cum proxi-
 mo exigit. 1. Ut, qui beatis pacificis
 vult annumerari, Deo perfectè in om-
 nibus subiectus sit, idem cum eo ve-
 lit, & nolit. 2. Ut cum proximis pacè,
 per iudiciorum & voluntatum con-
 sensionem, foueat. 3. Ut propriæ quo-
 que conscientiæ pacem & mentis
 tranquillitatem, peccata quæuis solli-
 cite expiando, & cauendo, prauos ha-
 bitus extirpando, passiones mortifi-
 cando procurare & conseruare stude-
 at; Insuper hanc quoque triplicem
 pacem in proximis, quibuscunque
 potest, impensè promouere satagat.
 Quot vias & rationes hæc præstandi
 tibi Deus pacis suggerit, quot auxilia
 gratiæ obtrudit? Et quam oscitanter
 his vteris? agnosce, erubescere, efferues-
 ce ad seruum huius triplicis pacis in-
 te, alijsque promouendæ studium.

II. Quam sollicitè Christus rex pa-
 cificus, qui est pax nostra, qui fecit vtraq; Eph. 2:

Ll 5 unum

Col. I.

unū: qui per sanguinem suum pacificavit omnia, siue qua in terris, siue qua in oculis sunt, huius triplicis pacis studium verbo & exemplo nobis inculcarit, quam copiosam gratiam ad id necessarium promeruerit, cum desiderio imitandi.

III. Quam eximium præmium pacificis sit repromissum, videlicet in hac vita pax, quæ exsuperat omnem sensum, propria eorum, qui audiunt in cordibus suis spiritum adoptionis filiorum Dei clamantem: *Abba pater*: in altera plena securaque possessio hereditatis æternæ filijs specialiter dilectis debitæ & ab æterno præparatæ.

Quam terribilis è contra pœna pacis huius osoribus parata sit, intolerabilis mentis inquietudo in hac vita & inexplicabilis rabies in altera.

Amor pacis & concordie,
horror rixæ & discordie.

(?)

D